



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**ITINERARI[I] || ITALIAE || RERVMQ. ROMANARVM || LIBRI  
TRES ||**

**Schottus, Franciscus**

**Antverpiae, 1600**

M. Ant. Mvreti Tibvr.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70633](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70633)

M. A N T. M V R E T I  
T I B V R.

**Q**vicumque Herculei spectabit Tiburis areæ,  
 Quà pater Hippolytus, sacri pars magna Se-  
 natus,  
 Cura Deûm, loca perpetuo priùs aspera saxo  
 Molliit, & leni iussit mitescere cliuo,  
 Omnia deprendet longè superantia famam.  
 Nec tam regifico constructa palatia sumptu,  
 Auroq; illusas ades, radiataq; tecta,  
 Quàm semper virides mecum admirabitur horcos,  
 Et gelidos fontes, & aquam in sublime volantem,  
 Seq; in multiplices vertentem, ut Protea, formas.  
 Præcipue tamen illi animum nouitate mouebit,  
 Excisus, res mira, silex, rupeſq; cauata,  
 Et via facta manu longi per viscera montis:  
 Quà se Anio pater insuetu per uolueret alueo.  
 Qui longum per iter tenebroſo trahit lapsus,  
 Exit, & arboribus gelida non inuidet uanda.  
 Stant habiles propter Nympha, lymphásque  
 paratis  
 Exceptas urnis in vasa capacia fundunt:  
 Parte alia ipse suis altricibus adstat Iacchus,  
 Materniq; memor casus, flammæq; paterna,  
 Gaudet aquis, illusq; libens sua munera miscet.  
 Dum stupeo tā multa videns miracula verum:  
 Ecce nouus procul alitum concentus ad aures  
 Fertur, & insolita mentem dulcedine tangit.  
 Aspicio: & gressum proprius fero. corpora cerna  
 Parua ex areauium, eratis nitentia ramis,  
 Dadala queis variam tribuit sollertia vocem.  
 Quamcunq; adspicias, delusus imagine, veram

T S. Esse

Esse putas volucrem; nisi quod non euolat usquam:  
Sed ramis affixa suo cantu atbera mulcer.  
At vera mirantur aues: & cedere dum se  
Turpe putant, liquidis late omnia questibus in-  
plent.

Hic Lucae regius labore est, quem Sequana partu  
Ediderat, Siculi renouantem inuentam magistri.

Quid? quem non moueat cygnus mentis  
adulter,

Illudens simili spirantem è marmore Ledam,  
Delitijq; suis & aquarum murmure latus?  
Multaq; praterea veterum simulacra deorum,  
Aris opus prisca. cunctos verum arduus inter  
Eminet Aleides: qui spectans omnia circum,  
Hesperidum veteres hortos pra Tibure temnit.

Sed quid ego hac versu nequidquam includere  
tentio?

Iam pridem exiguum prascripti carminis orbem  
Excessi. & dictu semper maiora supersunt.

## IDE M.

**D**elicia veterum Tibur volventibus annis.  
Concederat, priscum perdideraq; decus.  
Et nusquam riui, nusquam pomaria, nusquam  
Villa super tanti signa decoris erant.  
Illa loca antiquis roties celebrata poëtis  
Horrebant turpi squalida facta suis.  
Mœrebant erecta sibi sua gaudia Nympha,  
Languentes Anio mœstus agebat aquas.  
Omnia tempus edax ita deformarat; ut hospes  
Quareret in medio Tibure, Tibur ubi est?  
Non tulit hanc speciem diuini pectoris heros  
Hippolytus, sacri gloria magna chori.  
Ille loco senium abstersit. vultusq; priores,  
Reddisit, & solito iussit honore fruis.

III

Illius imperio iussa reuirescere sylue.  
 Cœperunt sparsum luxuriare comis.  
 Ille nouos passim fontes emergere iussit.  
 Nec mora sit: fontes pro siluere noui.  
 Quos circum statuit priscis egesta ruinis  
     Plurima Phidiaca signa polita manu.  
 Ipse Anio frontem pallenti incinctus olim  
     Affuit, & proprias consociavit opes.  
 Iure igitur fontesq; sacri, fuluaq; virentes,  
     Certatum Hippolyti nomen ad astra ferunt:  
 Et quoties molli increpuit leuis aura susurro,  
     Hippolytum alternis vocibus ingeminant.

## IVLII ROSCII HORTINI

AD M. ANT. MVR ETVM,  
     dum Tiburi per aestum ageret  
 CIO. IO. LXX.

## TIBURTINAE.

M<sup>u</sup>rere eloquij decus, & lux maxima vatuum,  
     Cui duplice exornat laurus honore comes.  
 Seu propter rini trepidantis leniter undam,  
     Percutis arguta mollia fila lyra:  
 Seu Graia, cui nostra captus dulcedine lingua,  
     Facunda astium conteru arte diem.  
 Accipe missa tibi deuoti munera Iuli.  
     Munera qua absenti mittere cogit amor;  
 Nec mirere rudes numeros quod Epistola reddit,  
     Nec bene distinctus ludit in aure sonus.  
 Flamma furit, sauo latrat canis improbus igne,  
     Et Nemea fundit terror ab ore faces.  
 Non licet urbanis nobis captare quietem,  
     Tanto nox astu languida membra quatit.  
 Amrurus Phaeton terris incendia miscet,  
     Et patrios frenat non bene sanu equos.

Nee